



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 44. Juvenalis Jerosolymitanus restituitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

interim patuerit, illud S. Joannis Caput <sup>Sæculum V.</sup>  
non fuisse, vel alia causa subfuerit. A. C. 453.

§. XLIV.

*Juvenalis Jerofolymitanus resti-  
tuitur.*

Imperator Marcianus non solum, ut re- <sup>Nicēn. XV.</sup>  
tulimus, deceptos Palæstinæ Mona- 6. 9.  
chos per litteras leniter corripuit, sed,  
ut mali radicem tolleret, ad Dorotheum  
Præfectum mandata misit, ut Antiepis-  
copum Theodosium comprehenderet, &  
plecteret; at priusquam capit posset, eva-  
sit sagax, & ad montem Sina confugit.  
Multi complices non Sæculares modo,  
sed etiam Monachi pœna corporis casti-  
gati. Theodosio expulso, Juvenalis post  
menses viginti, non tamen ante mensem  
Julium, anno 453. ad Sedem suam rediit.  
Tum omnibus, quos Theodosius ordina-  
verat, depositis, Synodum convocavit,  
unde epistolam Synodalem scripsit, ad  
omnes Abbates, & Monachos Palæstinæ <sup>Conc. Calc.</sup>  
directam, ut doceret, Patres Concilii <sup>c. 3. p. 20.</sup>  
Calce-

ventionem Capitis S. Joannis Baptistæ sub Magno  
Theodosio mentionem adhucdum fecisse, & cum  
Martyrologio Romano ad diem 24. Febr. & 29.  
Aug. affirmat pretiosissimum hunc Theaurum bis  
fuisse inventum. Plura in hujus Anonymi lon-  
giori annotatione legi possunt. Tandem Sacrum  
hoc Caput Romam translatum.



Sæculum V. Calcedonensis Fidem Nicænam confir-  
 A. C. 453. maffe, eorumque animos adversus Schis-

maticorum calumnias præmuniret. Huic  
 epistolæ Juvenalis Jerosolymitanus, Ire-  
 næus Cæsariensis, Paulus Paralensis, om-  
 nesque ex tribus Palæstinæ Regionibus  
 Episcopi, subscripserunt. Ad hoc Con-  
 cilium Imperator Marcianus epistolam  
 dedit, in qua fidem suam confitetur, hor-  
 taturque Episcopos, ut populos, & præ-  
 fertim Monachos, Theodosii mendaciis  
 seductos, ad saniora consilia reducant.  
 Significat etiam, quod ad Episcopum Ma-  
 carium, Abbates, & Monachos montis  
 Sina, quo Theodosius secesserat, litteras  
 det, quibus flagitia hominis manifestaret,  
 &, ut ab ejus malis artibus caveant, mo-  
 neret.

## §. XLV.

*Epistola S. Leonis ad Concilii Epis-  
 copos.*

*Leo ep. 88.* Schismatici in vulgus spargebant, Con-  
 89. 90. cilium Calcedonense S. Leoni non  
 probari; veri speciem dabat, quod Ca-  
 nonem, Episcopo Constantinopolitano  
 faventem, non recepisset. Equidem  
 epistola S. Leonis, ad Anatolium data,  
 eos contrarium edocere facile potuisset;  
 sed hanc Anatolius solerter premebat,  
 imo fuere, qui ipsum vulgatæ calumniæ  
 Auctorem edicerent. Cumque jam multi  
 de